



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hosij Opera ad prælum co[n]cinnat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

identidem cum recurreret menti cura, ac vereretur ne contra Numinis instinctum despiciendo faceret, cuncta arcana pectoris, vt Patri filius, quo liberaret conscientiam, sincerè Lainio patefecit. Is negligendū nequaquam ratus publicè illum vtilitati patefactum aditum Augustæ, Cardinali, & Canonicis Canisium tradit: Canisioq; respondet, vtramque vt operam styli pariter, ac linguæ coniungat: telis vtrisq; cominus, eminusque rem gerat, ac Dei Ecclesiæ militet. Non potuit gratius quicquam accidere Augustanæ Ecclesiæ, præsertim Antistiti Othoni. Et Canisius respōsum Præsidis sui, quod sanctissimum, ac prudentissimum consilium vocat, velut à Deo profectum accepit: & ad vtrumque munus (nihil enim geminatum sibi negotiū, quidq; otij Prouinciali, & Cōcionatori eius loci relinqueretur, sed tantum Obedienciæ nutum intuebatur) maiore quadam fiducia curam aduertit. Vtque intelligas quam nihil de suo laboraret nomine, sed de vtilitate vna publica: quamq; de se humiliter, de aliis præclarè sentiret, per hunc ipsum temporis tractum, qui suos educere fœtus poterat, in alienis quasi educandis, & publicandis multum operæ posuit. Et ordinauit

Iubetur & stylo, & voce rem gerere.

Hosij Opera ad pratum concinnat.

Y

aduer-